

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Luxuria y
cum fonte primo

O extrema libidinis turpitude que non solum mentem effeminat, sed corpus eneruat; non solum maculat animam, sed fedat personam! Omne namque peccatum quodcumque fecerit homo extra corpus suum est, qui autem fornicatur in corpus suum peccat.

Semper illam precedunt ardor et petulancia, semper comitatur fetor et immundicia, semper secuntur dolor et penitencia.

Innocentius de uilitate condicionis humane.

O extrema libidinis turpitude, que non solum effeminat, set corpus eneruat; non solum maculat animam, sed fedat personam. “Omne namque peccatum quodcumque / fecerit homo extra corpus suum est, qui autem fornicatur in corpus suum peccat”
(1 Cor. 6, 18).

Semper illam precedunt ardor et petulancia, semper comitantur fetor et immundicia, semper secuntur dolor et penitencia.

Innocentius III, *De miseria condicionis humane*, 2, 21 (R.E. Lewis ed., p.171, ll.5-13).